


**In Nomine Domini Amen. Omnibus præsens scriptum cernentibus, Hinricus Dei Gratia, Magnopolensis & Stargardiae Dominus ... Cum gesta temporalia literarum finibus & professione testium, ... nos dilectis nobis consulibus & universitati in Rostock ... Domino Boruvino, Domino Magnopolensi ... Dominum Rostochiensem ... Ribbenitz ... Wilhelmus Wulbresme ... Zarnestrom & Diderickeshagen ... Datum & actum Rostock/ Anno Incarnationis Domini, Millesimo, trecentesimo vigesimo tertio ...**

[S.l.], [ca. 1620]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769365450>

Druck Freier  Zugang





< 5811 >  
MK - 4063 (1)  
~~AK - 02. (1.)~~



**H**n Nomine Domini Amen. Omnibus præsens scriptum cernentibus, HINRICUS  
DEI GRATIA, Magnopolensis & Stargardiæ DOMINUS, salutem in domino sempiternam.


Cum gesta temporalia literarum finibus & professione testium, non recondita citius evanescent, expedit eorum transitum literarum serie & idoneitate testium refrenari. Unde ad noticiam tam futurorum quam presentium lucidè volumus pervenire, nos dilectis nobis consulibus & universitati in Rostock / Sylvam quandam, quam primitus à Domino Boruvino, Domino Magnopolensi comparaverant, cum omni proprietate, iudicio supremo, & imo, nec non utilitate qualibet, sicut ad Dominum Rostochiensem spectaverat, maturo præhabito consilio nostrorum fidelium, accedente nihilominus nostrorum heredum consensu, liberè literè contulisse, cujus Sylva termini taliter distinguuntur; de villa videlicet Henrici, habente viginti mansos, à quorum distinctionibus usq; ad indaginem monachorum, qua viginti mansos in suis terminis & non amplius obtinebit. De hinc usq; ad indaginem volquari, undecim mansos per omnia continentem. Postea verò directè per viam, qua ducit Ribbenitz usq; ad locum, ubi quondam Wilhelmus Wulbresme fuerat interfectus. Deinde Zarnstrom per iter gramineum ex transverso quousq; tandem ad maris littora veniatur. Sicquè secus marinum littus usq; ad orientalem ripam, sive ad aquam fluminis Warnowe, cum utilitate videlicet pascuis, pratis, lignis, terris, aquis, aquarumve decursibus infra dictos terminos constitutis, Præterea transfuvium Warnowe, prædictis consulibus & communitati, Villam Wanemunde cum proprietate, fundo & iudicio quolibet Majori & minori, jure patronatus nobis & nostris heredibus in eadem reservato, usq; ad terminos villæ Diderickeshagen prout in latum & longum pertenditur, contulimus & præsentibus conferimus, perpetuo possidendam, ita quod in prædictis pleno jure gaudeant Lubecensi. In super in marinis fluctibus inter Zarnestrom & Diderickeshagen eos tanto dotamus beneficio piscatura, quantum pro interperie aëris & corporis periculo audeant attentare. Ut autem omnia & singula prælibata perpetuo gaudeant firmitatis robore, presentes nostri sigilli munimine dedimus roboratas. Testes hujus sunt facti, Matthias de Axetow / Martinus de Huda / Wipertus de Lubow / nostra Curia Marscalcus, Godscalcus & Bertoldus Prai / Loserus, Henricus de Bernetou / Hermannus de Wotensiede & Johannes de Plesse milites, Henricus de Bulou / Henricus Bonfact & Thidericus Glawe armigeri, Odebertus & Arnoldus Gopmann / Johannes Pape de antiqua Civitate, Thidericus Friso, Gherwinus Wilde / Gherwinus de Larwe / Hermannus de Wokrente / Ludewicus Gruse / Johannes Pape / Thomas Boghe / Ludeke de Godland / Nicolaus de Kyritz / Engelbertus de Pomerio Consules in Rostock / cum pluribus aliis fide dignis. Datum & actum Rostock / Anno Incarnationis Domini, Millesimo, trecentesimo vigesimo tertio, feria sexta ante Judica, Dominica proxima tunc in profestis beati Gregorii Papa.

Ho 1323

L. S.









**I**n Nomine Domini Amen. Omnibus præsens scriptum cernentibus, **HINRICUS**  
**DEI GRATIA**, Magnopolensis & Stargardiæ **DOMINUS**, salutem in domino sempiternam.

Cum gesta temporalia literarum finibus & professione testium, non recondita citius evanescant, expedit eorum transitum literarum serie & idoneitate testium refrenari. Unde ad noticiam tam futurorum quam presentium lucidè volumus pervenire, nos dilectis nobis consulibus & universitati in Rostock / Sylvam quandam, quam primitus à Domino Boruvino, Domino Magnopolensi comparaverant, cum omni proprietate, iudicio supremo, & iure, nec non utilitate qualibet, sicut ad Dominum Rostochiensem spectaverat, maturo præhabito consilio nostrorum fidelium, accedente nihilominus nostrorum heredum consensu, liberaliter contulisse, cujus sylva termini taliter distinguuntur; de villa videlicet Henrici, habente viginti mansos, à quorum distinctionibus usq; ad indaginem monachorum, qua viginti mansos in suis terminis & non amplius obtinebit. De hinc usq; ad indaginem volquani, undecim mansos per omnia continentem. Postea verò directè per viam, qua ducit Ribbenitz usq; ad locum, ubi quondam Wilhelmus Wulbresme fuerat interfectus. Deinde Zarnstrom per iter gramineum ex transverso quousq; tandem ad maris littora veniatur. Sicquè secus marinum littus usq; ad orientalem ripam, sive ad aquam fluminis Warnowe, cum utilitate videlicet pascuis, pratis, lignis, terris, aquis, aquarumve decursibus infra dictos terminos constitutis, Præterea transfluvium Warnowe, prædictis consulibus & communitati, Villam Wanemunde cum proprietate, fundo & iudicio quolibet Majori & minori, jure patronatus nobis & nostris hæredibus in eadem reservato, usq; ad terminos villæ Diderickeshagen prout in latum & longum pertenditur, contulimus & præsentibus conferimus, perpetuo possidendam, ita quod in prædictis pleno jure gaudeant Lubecensi. In super in marinis fluctibus inter Zarnstrom & Diderickeshagen eos tanto dotamus beneficio piscatura, quantum pro intemperie aëris & corporis periculo audeant attentare. Ut autem omnia & singula prælibata perpetuo gaudeant firmitatis robore, presentes nostri sigilli munimine dedimus roboratas. Testes hujus sunt facti, Matthias de Axetow / Martinus de Huda / Wipertus de Lufow / nostra Curia Marscalcus, Godscalcus & Bertoldus Prae / Loserus, Henricus de Bernekou / Hermannus de Wokensiede & Johannes de Plesse milites, Henricus de Bulou / Henricus Bonfact & Thidericus Glawe armigeri, Odebertus & Arnoldus Gopmann / Johannes Pape de antiqua Civitate, Thidericus Friso, Gherwinus Wilde / Gherwinus de Laive / Hermannus de Wokrente / Ludewicus Gruse / Johannes Pape / Thomas Boghe / Ludeke de Godland / Nicolaus de Kyritz / Engelbertus de Pomerio Consules in Rostock / cum pluribus aliis fide dignis. Datum & actum Rostock / Anno Incarnationis Domini, Millesimo, trecentesimo vigesimo tertio, feria sexta ante Judica, Dominica proxima tunc in profestis beati Gregorii Papa.

fo 1323

L. S.

